



*pluribus hostium quibus Myradas*  
*prospertum dicitur ut scribitur a 50 mi*  
*lia q' remanens in castris est*  
*magis*  
**LIBER QUINTVS. 631**

cem millibus, fugatisq; cōpluribus, se recepit, quinquaginta militibus amissis, paucis faucibus, in castra. Ac statim ex itinere ante oppidū Thapsūm, cōstitit, elephantesq; 64. ornatos armatosq; cū turrib. ornamentisq; capit, captos ante oppidū instructos constituit. Id hoc cōsilio, si posset & Vergilius, quiq; cum eo obsidebantur rei male gesta suorum iudicio a pertinacia deduci. Deinde ipse Vergilium appellauit, inuitauitq; ad deditiōnem, suamq; lenitatē, & clemētiam cōmemorauit. Quem postquā animaduertit responsū sibi non dare, ab oppido recessit. Postero die diuinare facta, cōuocione aduocata in conspectu oppidanorū milites colaudat, totumq; exercitū ueteranorum donauit premijs, ac fortissimo cuiq; ac bene merenti pro suggestu tribuit. Ac statim inde digressus, T. Rebillō proconsule cū tribus ad Thapsūm legionibus, et Cn. Domitio cū duabus Tisdrā, ubi Confidius praerat, ad obsidendū relictijs, M. Messala Vticā ante praemisso, cum equitatu ipse eodem iter facere cētendit. Equites interim Scipionis qui ex praelio fugerant, cū Vticā uersus iter facerent, perueniunt ad oppidū Paradā, ubi cū ab incolis nō reciperētur, ideo quod fama de uictoria Caesaris praecurrisset, ui oppido potiti, in medio foro lignis coaceruatis, omnibusq; rebus eorū cōgestis, ignē subiiciūt. Atq; eius oppidi incolas cuiusq; generis, etatisq; uiuos, constrictosq; in flammam coniciunt, atq; ita acerbissimo afficiunt supplicio. Deinde protinus

**R 5 Vticam**

*Cassari in*  
*indignitate*  
*et in magna*  
*ira*  
  
*Cassari clemētia*  
*multam in se*  
*admirabilem*  
*omni, ma. Cicerō*  
*negō, cuius gratia*  
*ponas Augustus*  
*degit in uictoria*  
*claudens in*  
*arte domo obli*  
*uū.*  
*Et agnos gra*  
*tias dicit pro uictoria*  
*ua.*  
*Hic est T. Rebillō*  
*us Rebillō, cuius*  
*ombra fit in hō in*  
*Comment. in suggestu*  
*ibis.*  
*Scipionis Equitum*  
*mandria cū dicitur*  
*Apud Paradā*  
*est para. para*  
*ingl. Scipionis in li*  
*tro. Insuper*